



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm  
Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa  
tres primos Symboli Catholici Articulos**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphaliae, 1608**

Apodixis III. Blasphemiarvm Calvinisticarvm Circa III. Apostolici Symboli articulum. Articvlvs Tertivs Catholicus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35415**

**A P O D I X I S III.**  
**BLASPHEMIARVM CAL-**  
**VINISTICARVM CIRCA**  
**III. APOSTOLICI SYM-**  
**boli articulum.**

**ARTICVLVS TERTIVS**  
Catholicus.

*Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus  
ex Maria Virgine.*

**THEISIS DECIMA QVINTA.**

**G**enerationem eius quis enarrabit? ait Isaías. ca.  
53. Enarrant eam Caluinistæ, putantq; propheta  
verba (quicquid etiam contradicant Patres vete-  
res) non de Christi generatione: sed regni eius diutina  
propagatione interpretanda, Calu. in Isaiam ca. 53.  
Enarrant autem hac ratione, ut conceptus quidem Fi-  
lius sit, sed tamen videre non possint, quomodo simul  
cū Filio conceptus & incarnatus non sit Pater, cui una  
cum Filio est essentia. Friccius initio libell. de Me-  
diatore. Deinde ut solus intelligatur conceptus Filius,  
ut tamen de cœlesti gloria, quā habuit ab initio. Ioan.  
17. nihil desperdiderit per carnis nostræ assumptionem,  
non satis capit Calu. Præposterum, inquit, in Ioan.  
17. Christi de reddenda claritate votum fore,  
si de sola humanitate intelligatur, nō etiam de  
diuinitate. Vnde & à Melanth. cōtra Stancarū, &  
alibi in Ep. ad Elect. Brádeb. 12. Ian. an. 1553. data  
scribi-

236 APOD. III. DE CONCEPT. ET  
scribitur: Filius Dei secundum diuinitatem glo-  
riam sibi dari & restitui orat ac postulat: De-  
inde ut conceptus nil amiserit de gloria; informis ta-  
men prius massa, & fœtus extitit, qui more aliorum  
infantum in Virginis utero sensim, humanum coale-  
sceret in corpusculum. Quæ enim de momentanea fœ-  
tus conformatio[n]e differuntur à Theologis, admirabi-  
lem vim potestatemq[ue] Dei omnipotentis operantis in  
Virgine supra naturam, & ex purissimo eius sanguine  
Adamo secundo, in momento integrum corpus for-  
mantis, peniculantibus; ea Caluini Magistro in cap.  
2. Luce Bucero sunt commenta. Nec verum est  
quod ait ille, Ioan. 1. Visum eum plenum gratie &  
veritatis; aut non ad mensuram datum illi Spiritum.  
Sed vna cum ætate creuerunt etiam in Chri-  
sto animi dotes. Caluinus in cap. 3. Luc. versic.  
40. gratuitisque Spiritus Sancti donis auctus est.  
Quid? quod columba super Christum descendente,  
primum redditus sit certior suæ vocationis,  
& ob id noua Spiritus Sancti unctione imbun-  
tus. In capite 3. Matth. versic. 61. quod ubero-  
re tum Spiritus virtute sit instructus,  
ut fortior foret ad obcundas  
pugnas.

DE